

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consolatio n  
cum fontibus primis

Quicquid fieri potest quasi futurum cogitemus.

Quid? tu nunc primum tibi mortem imminere  
scisti, nunc exilium, nunc dolorem?  
in haec natus es;  
quidquid fieri potest quasi futurum cogitemus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 24.15 (L. Reynolds ed., vol.1, p.69,  
ll.26-28).

Circumcidenda duo sunt:  
et futuri timor et ueteris incommodi memoria;  
hoc ad me iam non pertinet, illud nondum.

Circumcidenda ergo duo sunt,  
et futuri timor et veteris incommodi memoria:  
hoc ad me iam non pertinet, illud nondum.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 78.14 (L. Reynolds ed., vol.1, p.252,  
ll.26-28).

Grata superueniet que non sperabitur hora.

inter spem curamque, timores inter et iras  
omnem crede diem tibi diluxisse supremum:  
grata superueniet quae non sperabitur hora.

Seneca LXXIX. epistola.

Quintus Horatius Flaccus, *Epistolae*, 1.4 (F.  
Klingner ed., p.248, ll.12-14).